

mundo nepoti meo, Item tribus pueris consanguineis meis, videlicet. Anundo. æruasto, et iohanni. lego curiam meam Eskilstorp, in parochia skærthestathi sitam, cum terrulis meis, in wisingsø. villa Røkinge sitis. ita videlicet quod exequutores testamenti mei. dictas curias cum ipsis terrulis, vendere debeant, preciumque earum inter supranominatos consanguineos meos diuidere. iuxta mandatum et voluntatem meam ipsis exequutoribus meis traditum in premissis, Lego insuper cuidam. dictorum paruulorum. vnum equm. Item famulo meo dæningaland. vnum equm. et famulo meo Sunoni. vnum equm pro quinque marchis denariorum. vel quinque marchas. pro emendo sibi equo, Insuper lego curiam meam bothænæs, domino meo. domino karolo dei gracia episcopo lincopensi. Exequutores, autem huius testamenti mei constituo, venerabilem patrem dominum meum. dominum karolum dei gracia episcopum lincopensem. et haquinum karlsson. quos intime rogo. vt omnia et singula iuxta ordinacionem meam in hac parte factam procurent et faciant sicut satuti anime mee expedit inuiolabiliter obseruari. Actum. apud ecclesiam lionga. Anno. et die supradictis. In cuius euidenciam sigillum meum presentibus est appensum. quas et peto humiliter in sui robor firmitus venerabilis patris. dicti domini mei episcopi lincopensis. haquini karlsson. et domini giniuti canonici lincopensis sigillis communiri.

Sigillen: N:o 1, Biskop Carls; N:o 2, Gudvast Bosons (tre stjerner i rad snedt öfver skölden från högra hörnet; N:o 3 borta, remsan kvar; N:o 4, »S. Giniuti sac dot» (S. Andreas).

3209.

1336 d. 30 Mars.

Stockholm.

LARS af Hälleby, f. d. Syssloman vid S:t Clara kloster i Stockholm, erkänner, att han af Abbedissan Rikissa fått till sitt begagnande upplåtet ett markland i Hälleby i Trefaldighets socken vid Upsala, på sådant vilkor, att hon äger återkalla samma jord, när hon behagar.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis LAURENCIUS de hellæby quondam procurator sororum sancte clare apud stocholm salutem in domino sempiternam. Tenore presencium Recognosco me a nobili domicella sorore Rikizæ filia domini magni quondam regis swecie dimidiam marcham terre in Hellæby parochia trinitatis vpsalie pro meis vsibus habere concessionis titulo. condicione tali prehabita quod a me dictam terram possit reuocare quando sue placuerit voluntati. In cuius Rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum stokholmis anno domini M^o CCC^o XXX^o VI^o In vigilia pasche.

På frånsidan: J hällaby bondakyrkia sokn.

Sigillet: Ett likarmadt kors, utan sköld.